



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Beneficium l. in communi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

BENEFICIVM I. 69

Omissio benedictionis mensæ communiter est venialis, & à nemine inter magna peccata numeratur. cap. 2 §. num. 111. §. Adde tamen.

BENEDICTIO nuptialis, vide Matrimonium. xv. & tit. Sacramentalia.

BENEFICIVM I.

In communi.

BENEFICIA Ecclesiastica vocantur, & sunt spiritualia statuta, instituta quidem ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data. ca. 23. num. 99.

Beneficium & ius patronatus in hoc differunt, quod ius patronatus nil aliud spirituale requirit in habituro illud, quam Christianismum: Beneficium autem requirit in habituro illud aliquid spirituale ultra Christianismum: est tamen utrumque quid Spirituale, & spiritualibus annexum, institutum ab Ecclesia virtute potestatis diuinitus acceptæ. num. 99. §. 2.

Omnia beneficia Ecclesiastica sive sint iurius patronatus, sive patrimonialia, sive præstimonia, sive commendæ, sive præceptoriae, sunt iura spirituale. Vnde nemo potest illa erigere, & con-

E 3 struere

70 BENEFICIUM I.

struere nisi Papa, vel alias, qui mediately vel immediate acceperit potestatem ad id ab ipso Papa. Et similiter nullus, neque Imperator, neque alias Princeps potest illa, vel ullum ex illis etiam quam minimum erigere, aut extinguere, nisi eandem habuerit potestatem, mediately vel immediately acceptam à Papa. Quod est de fide. cap. 27. num. 13. additum in Nouo.

Quare obediendum est Papæ, statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Castellæ. & contrarium dicere sapit hæresim Anglicanam. Additum ibidem.

Beneficium vacans per morgem Commendatarij, eo modo vacat, sicut vacabat eo tempore quo fuit commendatum. cap. 25. num. 127.

BENEFICIUM II.

*Quoad Conferentem &
collationem.*

A BENEFICIUM collatio facta à Papa, ei quem scit esse inhabilem sua lege humana, valet, licet non dicat se dispensare: non tamen facta ab Ordinario, etiam in casu quo potest dispensare. Prælud. 9. num. 13. & in